



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 26. Profitentes ad orie[n]tem solem spectasse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

intea neguerat, postea, ut illum lapsum aboleret,  
& solueret, tertio interrogatus a Christo, si Christum  
amaret, tunc ille dixit, tu nosti Domine, quia amo tez  
tertio dixit, ut tercio absoluueretur. sicut ergo pecca-  
tum dimittit Pater, sic dimittit filius, sic & spiri-  
tus sanctus. &c S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12.  
in Ioan. cap. 64. cum hanc triplicem Christi  
interrogationem, & Petri responsum retu-  
lisset, hinc, ait Ecclesia regulam tertio interrogandi  
incepit, qui ad baptismum accedunt, ut terna  
Christi confessione fidelibus adnumerentur.

---

Prostientes ad Orientem solem spectasse.

CAP. XXVI.

D E modo autem profitendæ fidei, & cor-  
poris gestibus, quos exprimebant, tam  
multa veterum monumentis tradita sunt, ut  
merito liber impleri posset; sed nos, qui bre-  
uitati studemus, paucis erimus contenti. Prin-  
cipio quidem ad Orientem solem spectabant: <sup>Profitentes,</sup> ad Orien-  
tem quicquidem veterum scriptorum lectione tem sole a  
compertum est. memini enim verborum il- <sup>specabant</sup>  
lorum, quæ S. Dionysius Areopagita, cum  
profidentium ritus enumeraret, lib. de Eccles.  
Hierarch. cap. 2. scripsit: ipsum ad Orientem  
transfert, nec excidit præclaræ S. Gregorij Na-  
zianzeni authoritas, quam orat. 40. in san-  
bapt, nobis reliquit: ad occasum inuersus, Sata-  
nam abiurabis: rursusque ad ortum tete conuertens,

336 De Antiq. Bap. rit. ac Car.  
Deum confiteberis. Quin apud S. Hieronim  
ad cap. 6. Amos idem compcri ; vbi de  
consuetudine sic inquit : in mysterijs primis  
nunciamus ei, qui in Occidente est, nobis quae  
cum peccatis ; & sic versi ad Orientem, patrum  
mucum sole iustitiae, & ei nos seruitur et  
mittimus. Quibus testimonij si quis alia  
peraddere velit ; Græcorum, & Latinorum  
monumenta peruvolat : in primis Secon  
alexandrini lib. de baptism. vbi hæc haben  
quam autem ab renunciaverit, conuerit enim ad  
tem, & ait tribus vicibus, consentio tibi Christus  
Et Eliæ Cretensis, qui in orat. 19. S. Grego  
rianensi de baptismali renunciatione, &  
fessione verba faciens, illam versus solen  
cidentem, hanc versus orientem editam  
testatur ; cum ait : qui diuinam nativitatem  
spiritualem regenerationem consecuturi sunt,  
corpore flantes, & nunc ad Occidentem, nunc  
rientem se se conuertentes, atque aduersario quid  
ipiusque operibus renunciantes, ad Christianum,  
Christianam vitam se adiungunt; ac demum o  
nium, qui, post solennem renunciationem  
baptizandos ad Orientem solem spectaculum  
minerunt, inter quos S. Ambrosius lib. de  
qui nyster. initiant. cap. 2. fideles ad frequ  
tem recordationem eius spouisionis, qua  
Deo obligarunt, cum baptismō initiati fore  
his ferè verbis hortatur : repete, quid intem  
pis, recognosce, quid responderis : renunciasti  
& operibus eius, mundo, ac luxurie eius, ac cor  
ratibus. ingressus igitur, ut aduersarium tuum  
neres, cui renunciandum mox putares, ad Orientem, nu

renuerteris, qui enim renunciatis diabolo, ad Christum  
conueritur; illum directo cernit obtrutu. nam, cum  
baptismalem renunciationem fidei professio  
subsequeretur: ex quo renunciatione absolu-

ta, baptizandos ad Solem orientem spectasse,

constat; eosdem quoque in eandem regionem

intuentes, solennia professionis verba conce-

Causa pro-  
fidei fidei  
versus O-  
rientem.

pisse, putare debemus. cuius consuetudinis

causam varijs variam afferre possunt: ego SS.

Dionysium, Ambrosium, & Hieronymum se-

cutus, ex eo natam arbitror, quod Deus opti-

mus rerum parens, & rector, cuius veræ mili-

tia in fidei professione nos obligamus, orienti

soli comparatur: cum sit ipse clarissima, & im-

mensa lux, ornatio sua bonitatis, & prouiden-

tie radio complens, quem nemo hominum

a Diony-  
de divina.  
nom. c. 4.

hac vita fruens vñquam vidit: quoniam sicut

solem nemo intueri potest aduersum, eiusque

radijs acies hominum, sensusque vincitur, sic

illum, qui in hoc cœli, terræque pulcherrimo

ornatu ab ipso descripto contuetur, minus a-

pette videt, qui vero propius in hypostasis cu-

jusque proprietatem, & omnium inter se con-

junctionem, & societatem mentis aciem in-

tendit, quod magis accedit, eò minus ferre po-

test. Quare ex ea corporis constitutione fi-

deles admonebantur, ut omnem suam curam,

& cogitationem in Deo defigerent: vitiaque,

& peccata, quorum est summa foeditas, & tur-

pitudo, perpetuo aduersarentur. S. enim Dio-

nysius, quem ante authorem citauit, lib. de

Eccles. Hierarch. cap. 2. ita scribit: nudum

cum, nudisque pedibus collocat occasum aspiciens.

X

338 De Antiq. Bapt. rit. ac Ca-

tem manuumq; depulsione obscuris vitijs  
consuetudinemque respuentem, & sibi insin-  
militudinis statum quasi ex sufflantem, pro-  
que nuncium remittere ei, qui Deo est contin-  
exutum, priuatumque omni communione, u-  
te, ad Orientem solem conuerit, ita ut in  
lumine statum, & mansionem, repudiationem  
omnino, ac declinationem vitiorum omnium  
Quæ si re&te consideremus, de fidei prou-  
ne dicta esse, constabit; quoniam bap-  
renunciationi, cuius ante mentio est, si  
oppõnitur. S. autem Ambrosius loco sup-  
tato, nos ad Christum conuerti, atque  
tam, mores, & actiones cum ad conser-  
endum, tum ad imitandum nobis propon-  
ficare videtur his verbis: ad Orientem casu  
qui enim renunciat Diabolo, ad Christum con-  
tur, illum directo cernit ob tutu. Et S. Hieronim  
in cap. 6. Amos, in fidei professione con-  
iustitiae foedus sanciri, tradit: quod est. O-  
veri luminis largitor in liberam seru-  
addici. eius verba hæc sunt: Versi ad con-  
paculum inimus cum sole iustitia, & ei iurato

Altera cau- esse promittimus. Sed altera quoque racio-  
sa fidei ver- dit, quare fidei professionem editur, ad  
sus Ori- Orientis regionem oculos dirigerent, ne  
tem profi- pe felicissimam orbis sedem, quam Deo  
genda. Oriente constituit, ex qua primus patre  
princeps humani generis, propter capi-  
men, turpiter expulsus fuit, post bapti-  
cramentum, sibi patere intelligerent,  
quo apud Cyrillum Hietosolymitanum  
tech. i. mystagog, sic legimus: cum usq;

tene renuntiaueris, & omne cum illo pactum res-  
 cederis, aperitur tibi paradysus Dei, quem ipse ad O-  
 rientem plantauit: unde propter mandati violatio-  
 nes primus parens noster pulsus est in exilium, &  
 horas symbolum est, cum ab occasu converteris ad  
 orientem, qui lucis est locus, cuius argumenti vim ut  
 optimè percipias, repetere oportet, quod ante  
 monuimus, post solem renunciationem,  
 statim fidei professionem edi consueuisse. Ve-  
 rum illud præterea ex citata authoritate colligimus, fidem professuros, ad Orientis solis re-  
 gionem ab aliis versos fuisse. quod verbum  
 converteris, in passiva (ut grammatici loquun- Fidem pro-  
 tur) significatione adhibitum, clarè demon- fessuri, ad  
 strat. Atquè eadem loquendi formula vñi sunt Orientem  
 non modo S. Dionysius Areopagita lib. de iis verte- solem ab a-  
 Eccles. Hierarch. cap. 2. ipsum ad Orientem bantur.  
 Hieron. transfi: & paulo post: ad Orientem Solem con-  
 uerteris: sed etiam S. Ambrosius lib. de iis, qui  
 mysteris initiantur cap. 2. cum ait: ad Ori-  
 entem converteris: S. Hieronymus ad cap. 6. A-  
 mos: vñi ad Orientem: & Seuerus Alexandri-  
 nus lib. de baptism. convertit eos ad Orientem.  
 Ut vel hinc colligere possis, omnium scri-  
 ptorum eandem esse vocem, atque senten-  
 tiā, quorum tamen quia nemo rationem  
 affere visus est: nos, qui omnia persequi pro-  
 posuimus, ex humanæ naturæ imbecillitate, Cur fidem  
 quæ sua vi ab inicio ministerio ad Dei famu- professuri  
 latum venire non potest, profectam esse, ar- ab aliis ver-  
 bittamur. & eius rei conjecturam facimus:  
 quod simili ratione, qui Idolorum super-  
 stitione abiecta Dei religionem suscep-  
 tū

Y ij

340 *De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.*

ad Episcopum accedebant, ab alijs ducatur: & multa alia in baptisimi sacramenta reperies, quæ nostram coniecturam similem efficiant. Quod si quandoque occurunt, quæ significare videantur, professionem edituros, ad solem Orientem seipsis versos fuisse: vt cum legimus apud Gregorium Nazianzenum orat. 40 in bapt. ad ortum tete convertens: & Eliam Cretensem in orat. 19. S. Gregorij Nazianzenus ad Occidentem, nunc ad Orientem se eam ea sic explicare oportet, ut intelligamus scriptores solum ad Orientem profici fidei consuetudinem significasse, nihil pro habentes, an seipsis, an vero aliorum operam regionem spectarent: cum neutra pars constitutio ad rem suam pertineret. S. Elias Cretensis sibi parum constanter, cunctienterque locutus videretur: cum in causa eiusdem S. Gregorij aduersus Julianum contrarium significet illis verbis: *enim auctor traducit.* Vel certe peculiaris eius loci, in S. Gregorius Episcopi munere fungens consuetudo fuit. Vel, si hoc non est, et cum credimus, quod diuersorum temporum diuersæ consuetudines fuere. Atque non potuit, aut conuersio ad Orientem, cum Dionysij tempore apud Graecos aliorum sterio siebat, postmodum S. Gregorii Nazianeni ætate sine alterius ope ibidem efficitur. Quod eo etiam verisimilius est: quod Aethiopes Christiani, veterum Graecorum negotiatores, eandem consuetudinem reuenerint.

in ordine baptismi secundum usum ipsorum  
scriptum est: profidentes vertunt faciem ad Orientem  
Ex quibus constat, fidei ad Orientem pro-  
fessionem consuetudinem adhuc in Aethiopia  
vigere. Atque haec de primo corporis gestu,  
modoque fidei professio exprimebatur, dicta sunt.

Mos fidelis  
ad Orientem profi-  
tendae du-  
rat in Aethiopia.

Fidem professuros in celum suspexisse, ac manus dexteris in altum erexitse: professionem publice, & altare fieri solitam: testes in ea adhibitos: iurandum additum: eam quoque in tabulas relata, & profidentis, vel alterius manu subscribam: ac demum anulo obsignatam: eorumque omnium ratificationes allatae.

CAP. XXVII.

Postea defixis in celum oculis, manus dexteris in altum erigebant: ut, sibi ad beatum illum, ac plenum stellarum locum magnis intentionibus properandum esse, inteligerent, quod cum S. Dionysij Areopagitae testimonium declarat, lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. vbi in eo argumento versatur: ipsum ad Orientem transi, intuentemque in celum, & manus tendentem sub Christo assentiri: tum Eliæ Cretensis authoritas confirmat in orat. S. Gregor. Nazianz. aduersi Julian. cum ad ortum traducit, atque in celum suspicentem, ac manus expongentem, ad Christum ut se adiungat, omnesque diuinitus traditis sacros sermones amplectatur, inbet. & adhuc in Aethiopia Ecclesia inuiolate seruatur; de-

X. iiij